GREGORIUS MAGNUS
Österreich, 12. Jh. Seite 19r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26218
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Iunc uerba dei mens uiuacius penetrat. cum ad se admittere
curarum scularium tumultus recusat. Male autem homo uigilat.
quando eum scularium negotiorum est insolenter inquietat. Aurem
quippe cordis terrenarum cogitationum turba dum perstrepit clau
dit. atque in secretario mentis quanto minus curarum tumul
tuantium sonus compescitur tanto amplius uox presidentis iudi
cis non auditur. Neque enim perfecte homo sufficit ad utraque di
uisus. sed dum sic interius erudiri appetit ut tamen exterius
inplicetur. unde exterius auditum aperit. unde interius obsur
descit. Moyses admixtus egyptiis quasi uigilabat. et
idcirco uocem domini in egypto positus non audiebat. sed extinc
to egyptio postquam in desertum fugit. illic dum quadra
ginta annis deguit quasi ab inquietis terrenorum desideriorum
tumultibus obdormiuit. atque idcirco diuinam uocem
percipere meruit. quia per supernam gratiam quanto magis ab appe
tendis exterioribus torpuit. tanto uerius ad cognoscen
da interiora uigilauit. Rursus israhelitici populi turbis
prelatus ut legis precepta percipiat in montem ducitur. atque
ut interna penetret ab externis tumultibus occultatur.
Unde et sancti uiri qui exterioribus ministeriis deseruire of
ficii necessitate coguntur studiose semper ad secreta
cordis refugiunt. ibique cogitationis intime cacumen
ascendunt. et legem quasi in monte percipiunt. dum post
positis tumultibus actionum temporalium in contemplatio
nis sue uertice supne uoluntatis sententiam perscru
tantur. Hinc est quod iste moyses crebro de rebus dubiis
ad tabernaculum redit ibique secreto dominum consulit. Iquid
certius decernat agnoscit. Relic[illegible]tis quippe turbis
ad tabernaculum redire. est post positis exteriorum tumul
tibus secretum mentis intrare. Ibi enim dominus consulitur. Iquod fo